



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Processus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

*fin. numero 1. de consecr. Eccles. vel Altar.  
Sylvest. in ver. consecratio, §. 2. Turrecr.  
in dist. cap. cum gloss. ult. & quod dictum  
est de Ecclesia benedicta, vel consecra  
ta, idem dicendum est de cæmeterio si  
polluantur, Navar. cons. 2. numero 4. de  
consecrat. Eccles. vel altar.*

Quarto, notato quod succedente pollutione impediuntur divina officia, sed non lectio sacrae Scripturae vel prædica-  
tio verbi Dei, cap. responso. de sent. excom.  
Navar. cap. 27. numero 17 6. notab. 2.

Quinto, notato quod si aliquid horum, quibus polluitur Ecclesia interve-  
terit hodie, & ignoratur, & post octo dies venerit ad notitiam, si interim ibi fuerit celebratum, non opus est reconcilia-  
tione, quia unica sola celebratione dicitur Ecclesia reconciliata, Alphon.  
de castro libro 2. capit. ultim. in fine, de leg.  
pen.

Sexto, Ecclesia polluta cujus expensis est reconcilianda? Vide Panorm. in cap.  
propositi, in ultimo, de conf. Ecclesie vel  
Altar.

Hæc sufficiunt pro praxi quotidiana,  
cætera vide in Docto.

Septimo, si quis percussit aliquem in Ecclesia, vel quovis simili, causando tu-  
morem, qui postea opus sit, ut aperiat  
ur ferro, dicitur quod Ecclesia sit pol-  
luta, quia percussio fuit injuriosa. Af-  
filiatus in constitut. Si quis aliquem, Rab. 12.  
nn. 3. ver. 2. quero. Ratio est, quia non est de essentia pollutionis Ecclesie, ut san-  
guis exeat, sufficit enim quod percussio  
sit injuriosa, & quod sanguis postea ex-  
eat in quantitate, lecus vero, si quis  
verberaret aliquem in Ecclesia causan-

do livorem, quia tunc non est polluta  
Ecclesia.

## PR O C E S S U S.

Primo, quomodo sit formandus pro-  
cessus, vide in practicis, text. &  
& Doct. in cap. quoniam contra, de probat.  
& cap. qualuer, & quando uterque, de ac-  
cusat.

Secundò, exhibita, seu relata judicii  
pro animi informatione, non dicuntur  
de actis causa, non debet de his copia  
dari adversatio petenti, Guid. Pap. qu.  
241. de sequen. sed Addit. ibi dicit, quod  
si vult, potest dare dictam copiam.

Tertiò, quando aliquis Clericus possit,  
debet puniri processu Camerario, & fa-  
miliari disciplina corrigi, ad hoc ne suc-  
cedat infamia, & aliquibus justis de cau-  
sis, & ne oriatur aliquid scandalum.  
Vide Diaz Pract. Crim. Can. cap. 79.

Quarto, quomodo procedatur con-  
tra absentem, accusatum de gravi cri-  
mine de jure Canonico, vide pro opti-  
ma practica quotidiana, Guid. Pap. qu.  
429. num. 3.

Quinto, processus factus à Judice clai-  
co contra Clericum non est sufficiens, ut  
Judex Ecclesiasticus condemnnet Cleri-  
cum solum cum illius informatione. Ra-  
tio est, quia factus à judice non com-  
petenti, sed opus est novo processu, vel  
testium repetitione, Clar. questio 36.  
ver. ult. quero, in fine questionis. sed ego  
puto, quod ille Judex laicus esset ex-  
communicatus per Bullam Cœnæ Domini  
ni in claus. contra capientes, seu proce-  
fiantes, & sententiantes personas ecclæ-

B b 3      siassticas



clesiasticas, nisi hoc fecerit incidenter,  
Navar. cap. 17. num. 70.

## PROBATIO.

Primo, in factis antiquis etiam scriptura probat. But. in c. 2. de fide instr. saltem quoad semiplenam probationem, Ia. in lege cum aliquis, colum. 3. C. de iur. delib. & factum antiquum potest dici in materia centum annorum, Capyc. dec. 86. numero 4. sed nota pro his, quæ dixi invers. ius patronatus, §. 21.

Secundo, Abbas seu Rector Ecclesiae, Capellæ, vel Altaris, si agit contra debitorē Ecclesiae suæ, debet probare, & ostendere titulum, si debitor excipit de titulo, Compostella, in cap. nihil, de elect. Capyc. in decis. 6. num. 1. & 2. sed an sufficiat probare professionem, & quid si possessio est recens, videto eundem, ibidem, numero 4. & 5.

## PROCURATOR.

Primo, procurator in criminalibus non admittitur, c. veniens de accusat. & ibi gloss. in ver. criminali, Paris de Puteo, de Synd. in dict. verbo Procurator, Gerat. in Synod. 47. Felin. & Soc. in tract. fall. Reg. 312.

Secundò, valent acta per procuratorem facta in criminalibus, quo usque excipiatur per partem adversam, vel quo usque non repellatur à judicio. Gloss. in cap. in ver. criminalis. de judic. libro 6. & ibi Gomei. numero 75. & decis. Rot. 10. & bi Addit. de procurat. in noviss.

<sup>i</sup> Tertio, hoc & valet in criminе hære-

sis, Peng. Com. 36. in par. Direct. Inquisit. numero 139. Symmach. de Cath. institut. titulo 52. numero 40.

Quartò, hoc fallit primo in carcere, quod potest per procuratorem se tueri, decit. Rotæ 15. ubi supra, in noviss. Secundò, fallit ad allegandam absentiam, quia hoc potest procurator, etiam generaliter constitutus, decit. Rotæ 24. ibidem. Tertiò, fallit in actore, qui potest per procuratorem agere, etiam in causa criminali, similiter in muliere honesta, & universitate, Maran. in tit. an judicium sit criminale, vel civile, numero 54. & infra, Foller. tract. crim. de excusat. à n. 1. & infra. Quartò, fallit in excusatore, qui potest in causa criminali excusare reum absentem, gloss. in cap. si quando, 2. quest. 6. versiculo, per exploratores, ubi habes multos casus, in quibus potest in absentia agere quis per procuratorem & in cap. exceptione criminali, 5. quest. 3. Quintò, fallit pro gravi infirmitate, / muliere prægnante, pro uxore infirma, filiis, impedimento carcerationis, clericatus, & aliis, cap. communis, 23. dict. Fallit sextò, quod potest intervenire in causa criminali, deducta in judicium per modum exceptionis. Anchæ. in cap. procurator, num. 1. de elect. libro 6.

Quintò, quando admittitur procurator in causa criminali, & maximè agendo, si dubitat demandato ipsius, debet & tenetur dictus procurator promittere de rato, Capyc. dec. 5. num. 3. Mat. 6. par. tit. de Inquisit. num. 194. Vide Innoc. in dict. c. veniam, & quid debeat facere excusator, vide ibi.

Sextò, quando contumacia procuratoris

